

enim habet. Porro si tali seruitute pro  
hibentur. quoniam dictum est. dominum deum  
adorabis. et illi soli serues. Unde et  
apostolus detestatur eos qui coluerunt  
et seruerunt potius creature quam creatori  
non est utique creatura spiritus sanctus.  
cui ab omnibus sanctis talis seruitus ex  
hibetur dicente apostolo Nos enim sumus  
circumcisio spiritui dei seruentes quod est in  
greco lateuantes. Plures enim codices  
etiam latinum sic habent qui spiritui deo  
seruimus. greci aut omnes aut pene om  
nes. In nonnullis aut exemplaribus latinis  
inuenimus. non spiritui dei seruimus. sed  
spiritui deo seruimus. sed qui in hoc er  
rant. et auctoritati grauiori cedere de  
tractant. Nunquid et illud variu in co  
dicibus reperiunt. nescitis quod corpora  
nostra templum est in nobis spiritus sancti  
que habetis a deo. quid aut insaniam  
magisque sacrilegum est quam ut quisquam dicere  
audeat membra christi templum esse creatu  
re minoris secundum ipsos quam christus est. alio  
enim loco dicit corpora nostra membra sunt  
christi. Si autem que membra sunt christi templum  
est spiritus sancti. non est creatura spiritu  
sancti. quia cui corpus nostrum templum  
exhibemus necesse est ut hunc eam seruitu  
tem debeamus. quia non nisi deo seruien  
dum est. que grece appellatur latrina. Unde  
de consequenter dicit. Glorificate ergo  
deum in corpore vestro.

*et uiginti  
des filii pp  
form  
sunt  
m  
p  
p*  
**M**ps et talibus diuinarum scripturas  
rum testimonijs. quibus ut dixi  
prioribus copiosius uel expugna  
uerunt hereticorum tales calumnias uel er  
rores. insinuat fidei nostre unitas. et  
equalitas trinitatis. Sed quia multa in  
sanctis libris propter incarnationem uerbi  
dei que pro salute nostra repanda facta est  
ut mediator dei et hominum esset homo christus  
iherosolimitanus. ita dicuntur. ut maioris filio preter  
significent. uel etiam aptissime ostendant  
errauerunt homines minus diligenter  
scrutantes. uel intuentes uniuersam se  
riem scripturarum. et ea que de christo iherosolimitano  
secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam

tiam que ante incarnationem sempiterna  
erat. et sempiterna est transferre co  
nati sunt. Et illi quidem dicunt minorem  
filium quam pater est. quia scriptum est ipso do  
mino dicente. pater me maior est. Veritas  
autem ostendit secundum istum modum etiam  
seipso minorem filium. Quomodo enim non etiam  
seipso minor factus est. qui semetipsum ex  
nauit formam serui accipiens. neque ei  
sic accepit formam serui. ut amitteret  
formam dei. in qua erat equalis patri. Si ergo  
ita accepta est forma serui. ut non amitte  
retur forma dei. cum et in forma serui  
et in forma dei idem ipse sit filius unigeni  
tus dei patris. in forma dei equalis pa  
tri. in forma serui mediator dei et hominum  
homo christus iherosolimitanus. quis non intelligat quod in  
forma dei etiam ipse seipso maior est. non  
itaque immerito scriptura utrumque dicit. et  
equalis patri filium et preter maiorem filio  
Illud enim propter formam dei. hoc autem propter  
formam serui. sine ulla confusione intelli  
gitur. Et hec nobis regula per hec omnes  
sacras scripturas dissoluen de huius que  
stionis ex uno capite epistole pauli apo  
stoli promittitur. ubi manifestum ista di  
stinctio commendatur. ait enim qui cum in  
forma dei esset non rapinam arbitratus est  
esse se equalis deo. sed semetipsum exna  
uit formam serui accipiens in similitu  
dinem hominum factus. et habitu inuenit  
ut homo. Est ergo dei filius deo patri  
natura equalis. habitu minor. In forma  
enim serui quam accepit minor est pater.  
In forma autem dei in qua erat etiam ante  
quam hanc accepisset equalis est patri.  
In forma dei uerbum per quod facta sunt  
omnia. In forma autem serui factus ex mu  
liere. factus sub lege. ut eos qui sub le  
ge erant redimeret. Proinde in forma  
dei fecit hominem. in forma serui factus est  
homo. Nam si pater tantum sine filio fe  
cisset hominem. non scriptum esset. faciamus  
hominem ad imaginem et similitudinem nostram.  
Ergo quod formam serui dei accepit. formam  
serui utrumque deus. et utrumque homo. Sed  
utrumque deus. propter accipientem deum.

Car. 10. h.